Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 187
Quelle:
Copyright:

Rancere videtur, quod Lexicographis barbaris etiam *Foetere* significabat.

LXXVI.

ne VI. B. 13

66 Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 209. f. per duas columnas bene ſcriptus et miniatus continet *Radulphi Monachi Flaicenſis Commentariorum in Leviticum Libros X. poſteriores.* Exemplum Opus integrum complectens jam *Cod.* LXXIV. dedimus. Praeſentis *fol.* 1. p. 2. *Incipiunt capitula libri undecimi.* Conſequuntur etiam reliquorum Librorum Capita. Ad illorum calcem legitur: *Omne hoc opus XX. uoluminibus conſummantur. Incipit liber XI^us. De viro qui patitur fluxum ſeminis. Minus eruditis et negligentius intuentibus dum ſuperficie ſcriptu-re huius contenti ſunt* &c. Finis Libri XX. *Hec ſunt precepta que mandauit dominus moyſi ad filios iſrael in monte ſynay.* Succedit *fol.* 204. p. 2. *Homiliane* dicam in laudem *Johannis Evangeliſtae*, an Exordium *Commentarii* cujusdam in ejus *Evangelium*, cujus Autorem incaſſum per plurimorum PP. Opera venatus ſum. Sequioris aevi partus videtur, Scholaſticorumque jam formulis tinctus. Initium eſt: *Vox ſpiritualis aquile auditum pulſat eccleſie. exterior ſenſus tranſeuntem accipiat ſonitum. interior animus manentem penetret intellectum. Vox altiuidi uolatilis. non aera corporeum. uel ethera. uel totius ſenſibilis mundi ambitum ſuper uolitantis. ſed omnem theoricam ultra omnia que ſunt. et que non ſunt. citiuolis intime Theologie pennis. clariſſime ſupereque contemplationis. obtutibus tranſcendentis* &c. Graeca adtigiſſe autorem cum ex variis aliis, tum ex hoc loco patet: *In grecorum exemplaribus* aytos *ſcribitur. id eſt* hic. *et poteſt referri ad utrumque. ad uerbum uidelicet et deum. Hec quippe duo nomina.* theos. *et* logos. *apud grecos maſculini generis ſunt.* Per decurſum *Dionyſius Areopagita* citatur, diſputaturque obiter contra *Manichaeos* et *Arianos.* Finis eſt: *quum ipſe eſt fons et plenitudo gratiarum. ueritas ſymbolorum legalium. finis prophetalium uiſionum. Cui gloria cum patre et ſpiritu ſancto per omnia ſecula ſeculorum Amen. Fol. ult.* p. 2. ſequentes Notae hiſtoricae manu vetuſta, et magnam partem eadem, quae reliqua *Codicis* ſcripſit, adjectae ſunt:

Anno domini M°. CC°. X°CI°. id. Julij ☉ Rudolfus rex rom.

M°. C°. XC°. V°. Hainricus imperator apuliam ſubegit.

M°. C°. XC°. VI°. Leupoldus dux ſenior obiit. *(Pulcher)*

M°. C°. XC°. IIII°. Hainricus imperator in Apulia mortuus eſt.

M°. CC°. I°. Albertus archiepiſcopus ſalzburgenſis obiit.

M°. CC°. VIII°. phillippus rex occiditur.

M°. C °. XXX°. Leupoldus dux Auſtrie et Styrie in Apulia obijt. *(Glorioſus)*

An-